

Simon Barjona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in caelis: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam: Matth. 16. n. 13. & 16.

Math. 16.

D. Thaumaturg.

D. Paschal.

Petrus illuminatum est humanum genus: & D. Paschal. lib. 8. in Matth. ait: Petrus sua confessione totum Orbem illustrat, & falsas Judaeorum opiniones refutat: Qui alios docet, illuminat, & ad viam salutis adducit, quæ hominis erant deponit, & ad supernam quandam conditionem elevatur, ut jam non homo, sed petra dicatur qua Christo assimilatur: Petra autem erat Christus. Ad hoc tendit D. Chryl. serm. 1. Pentecost. Super hanc petram, non dixit super Petrum, non enim super hominem, sed super fidem aedificavit Ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei vivi, qui est super petram.

129. Isai. 2.

Psal. 106.

D. August. D. Hieron. D. Ambr. Incognitus, & alii apud Lorinum: N. vis insistoris de longe portant panem suum: Proverb. 31. n. 24. Naves ergo sunt Prædicatores, ac Doctores, qui mente fixa in Deum descendunt ad erudiendos ac illuminandos suâ doctrinâ populos: Aqua multa, populi multi: Apoc. 17. n. 15. Hi ex tali doctrina data in populis, sic sublimantur, ac elevantur super omnem humanam conditionem ad profundissima, & altissima divina sacramenta penetranda, ac si jam in superno ordine super humanas vires constituantur. Procopius in Isaiam ait: Neque iis navibus metuenda Domini dies esse potest, quia in aquis multis operationes faciunt, ideoque ad vita incommoda sese dimittunt, ut eorum, qui in profundo demersi sunt, aliquos lucrentur. Unde opera Domini vidisse, id est, rei gesta mercedem, divinarum operum, rerumque in profundo mirabilium cognitionem percepisse dicuntur.

Apoc. 17.

Qui alios docent, ad superna elevantur Procopius.

QUÆSTIO XVIII.

Quare dum Christus ait: Centuplum accipiet, & Evangelicam pauper-tatem docet, lucrosam mercaturam videtur persuadere?

Alt Christus D. in præsentî, n. 29. Omnis. 130. qui reliquerit domum, vel fratres, aut so. Textus. reres, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. In quibus verbis dum Christus D. nos exhortatur ad pauper-tatem Evangelicam, lucrosam avaritiam videtur insinuare: & quam sumptuosior mercatura, quam dare unum, ut centuplum recipiat? quàm difficultatem agnovit D. Gregor. D. Gregor. Magn. lib. 2. homil. 18. in Ezechielem, his ver. bis: Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum &c. Neque enim Sanctus quisque ideo terram deserit, ut hæc possidere in hoc mundo multiplicius possit: quia quisquis terreno stauio terram relinquit, terram non relinquit, sed appetit: Ex quo colligit Sanct. Doctor, per hanc centenariam multiplicationem; altam, & consummatam perfectionem denotari, & hoc dubium explicavi citato cap. 33. quæstionibus 16. 17. 18. & 19. Nunc adde.

De hac re audiendus est D. Laurent. Justin. 131. lib. de Ligno vitæ, cap. 2. de Paupertate, qui sic ait: Non sanctus vir ideo terram deserit, ut hic in hoc mundo possidere multiplicius possit; sed per contrarium numerum, quia à Domino pauperibus omnia qui propter Dei nomen temporalia contempnit, hic perfectionem mentis recipiet, ut ea non appetat, qua contempnit. Centies verò recipit quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens, terrenis non indiget, etsi hæc non habet. In quibus verbis illud in primis expende: Hic perfectionem mentis recipiet, ut ea non appetat, qua contempnit. Summa felicitas nil amplissima merces datur ei, qui pro Deo sua dimittit: ut talem mentis perfectionem ebibat, ut nullius rei temporalis jam desiderio tangatur, cum in Jesu pro quo omnia dimittit, omnia habeat.

Ostendens Regius Vates suam exitiam spiritu paupertatem, qua ab omnibus mundanis rebus erat denudatus, ait Psal. 118. n. 57. Portio mea; Domine, dixi, custodire legem tuam: Ac Psal. 118. si dicat, quod nullam aliam habeat partem, possessionem, hæreditatem, ac rem aliam, nisi tantum divinæ legis observationem; & unde evenit, quod sic quiescebat in Dei lege, ut ipsa esset ei possessio, hæreditas, quia in ipsa habebat omnia, ut amplius nihil aliud quæreret, ac appeteret. D. Ambr. eleganter ibi: Cui portio Deus est totius nature possessor est effectus, videlicet totius quidem cum Domino Dominus: Ex eo quod homo omnia à se abdicavit, ac dimisit, ut nullam aliam haberet partem, nec possessionem, nisi tantum Deum: inde cum Domino suo omnium factus est Dominus, ita ut nihil ei jam suppetat, quod appetat, ac desideret.

Iterum citati S. Patris Laurentii verba veniant ad examen: Centies verò recipit, quod dedit, qui perfectum Spiritum accipiens, terrenis non indiget, etsi

etsi hæc non habet. Ecce grande, ac magnificum præmium, quod Christus omnia relinquentibus sui amore, promittit omnia deinceps non appetere, ut jam dixi, & insuper ut terrenis non inaiqueant, & quæ major rerum abundantia, quàm nullius rei indigentia premi, & quæ major pax; ac animi quies, quàm quod sit expertus ab omni rei sollicitudine, ac curâ, & inde fit multipliciter ditior, unde pauperior credi poterat. In illa sancta & primitiva Ecclesia, quotquot possessores agrorum, ac domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum ad pedes Apostolorum, nec quisquam eorum aliquid suum esse dicebat: & quid inde consequens fuit? Neque enim quisquam egens erat inter illos. Actor. 4. num. 34. dimittebant omnia sua pro Christo; inde immunes erant ab omni rerum indigentia ac pressura.

Quia sua pro Christo dimittit, omnia abundat.

Actor. 4.

134. Psal. 44.

Potentissimus dicitur habere gladium, & gladio non indigere.

cem illa non habere, inde & summa opulencia declaratur, quod etsi habeat, non indiget, Græci Patres commentantes prædictum Psal. mum, Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissimè: Dum autem armorum mentionem facit, vocat illum potentissimum, ut ostendat eum illis minime egere, & omnem victoriam dextera ejus attribuit, hoc est natura. Inde potentissimus ostenditur, quod quamvis armatus sit, arma illi necessaria non sunt. Inde ostenditur potentissimus minister Evangelicus; quod si facultates habere posset; illas dimittens, non indiget.

Mandavit Deus Moisi, Exod. 18. num. 2. Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem. Grandis quæstio est Expolitoribus, cur eum vestes providerit Dominus Aaroni, nunquam tamen legitur, quod vestes providerit Moisi. Quæstionem solvit D. Chryl. serm. homil. ad prædictum locum Exodi, apud Biblioth. Photii, & ait: Si Deus stolis illis acquiescebat, quomodo Moysen ante Aaron non induit: Ut discas non ea Deo potiora esse, & profecto ad sui ornatum sufficere virtutem. Et quænam virtus sufficiens fuit Moisi ad ornatum? illa nempe, qua contempsit omnes divitias Aegyptiorum, & negavit se esse filium filia Pharaonis. Hebr. 11. num. 24. Inde non fuit necessaria vestis a Deo provisâ, quia generosa virtus, qua pro Deo omnia dimisit, illi omnia suppeditabat, ut nullius indigentia laboraret.

Patr. Græc.

135. Exod. 28.

Moyse omnia pro Deo dimittens, nulla re indiget. D. Chryl.


Hebr. 11.



CAPUT XX.

MILE est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. 2. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. 3. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, 4. Et dixit illis, ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit, dabo vobis 5. Illi autem abierunt Iterum autem exiit circa sextam, & novam horam: & fecit similiter 6. Circa undecimam verò exiit, & invenit alios stantes, & dicit illis; Quid hinc statis tota die otiosi? 7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. 8. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis, mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos. 9. Cum venissent ergo, qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. 10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. 11. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias. 12. Dicens: Hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus, 13. At ille respondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? 14. Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut tibi. 15. Aut non licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. 16. Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi: multi enim sunt vocati pauci verò electi. 17. Et ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis. 18. Ecce ascendimus Jerosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. 19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. 20. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. 21. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus

ad sinistram in regno tuo 22. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 23. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo. 24. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. 25. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui majores sunt potestatem exercent in eos? 26. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. 27. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. 28. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. 29. Et egredientibus illis ab Jericho, secuta est eum turba multa. 30. Et ecce duo cæci sedentes secus vitam audierunt, quia Jesus transiret: & clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri, Fili David. 31. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miserere nostri, Fili David. 32. Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait, quid vultis, ut faciam vobis? 33. Dicunt illi, Domine, ut aperiatur oculi nostri. 34. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & secuti sunt eum.



ARGUMENTUM CUM Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Proponit Christus parabolam operariorum, qui conducti fuerunt ad excolendam vineam, è quibus novissimi vocati, sunt primi, accepta mercede, & premio: quod explicavi tom. 4. cap. 24.

Secundò, Vers. 17. Suis Discipulis prædicat suam passionem, quod expendi tom. 4. cap. 37.

Tertiò, Vers. 20. Accedit mater filiorum Zebedæi, & pro filiis primas sedes petit in regno, quibus Christus proponit calicem suæ passionis, quod latè expendi citato cap. 37.

Quartò, Vers. 30. Duos illuminat cæcos, de quibus dixi t. 4. c. 38.

Operarii ad Vineam.

QUÆSTIO I.

Quare primi operarii cum recepissent justam mercedem, obmurmurant contra Patremfamilias?

1. Textus. AIT Christus Dominus in hoc c. 20. n. 1. Simile est regnum celorum homini parifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam: quod Evangelium latè explicavi tom. 4. cap. 34. per decem & octo quæstiones, & hanc difficultatem de obmurmuratione eorum,

qui primi venerunt, expendi citato loco, q. 15 & 16. Nunc verò.

Et primò, cum isti recepissent justam mercedem ex conventionem facta, tamen adhuc obmurmuranti; nullus enim suis rebus, ac sua sorte contentus est, sed semper magis, ac magis, & amplius desiderat, & illi invidia stimulante, & maximè dolent de aliorum præmio, quod eis sint æquales, & quod ipsi plus non accipiant; & hæc obmurmurationum verba possunt accipi in bonam & malam partem.

Et in malam partem, secundò: Noster D. Cyrillus Alexandrin. lib. 5. de Adorat. sic ait: Dicunt quidam in illa die secundum Evangelicam parabolam, distributione mercedis: nos portavimus pondus diei, & æstum vehementem, nō fallor, & ærem efferventium voluptatum, & tentationum viti ad vivendum, æstum, ac diei pondus appellavit. Et quodnam pondus diei, & æstus hic? quod si enervat, ac minuit nostra opera, illorum merces est libidinis æstus, & hoc est gravissimum pondus: preme verbum, Pondus, quod sic in profundum gravat, ut non valeat cessare, quoadulque animas ad ima demergat.

Ait Jeremias 31. num. 22. Usquequò deliciis dissolveris? filia vaga: Symmachus, legit, Usquequò demergeris in profundum: de fornicaria, ac luxuriantem anima loquens Isaias 57. num. 9. ait: Humiliata es usque ad inferos. In multitudine via tua laborasti: non dixisti, quiescam. Et quænam via fuerunt hæc, in quibus tantum laboravit, ut nullam quietem, ac requiem sibi proposuerit: sunt viae deliciarum, ac voluptatum, in quibus sic incessanter gurgitur homo, ut nullo modo quiescat, quoadulque descendat ad inferos, tanquam ad suum proportionatum finem, & metam. Citatus D. Cyrillus: Quis est apostata à Deo, & immoderate fornicationis, & impiorum facinorum finis? Summa, inquit, humilitas est in infimum interitus barathrum devenire. Voluptates enim ad infimum barathrum; ut ad suum finem, ac centrum impellunt.

Tertiò, in bonam partem D. Chryso. hoc loco, D. Greg. hom. 19. & Lyranus in præsentem. Hoc murmur operariorum symbolicè interpretantur, Cum sero esset factum, juxta eorum mentem adumbratur in præsentem vocatio electorum ad recipiendum cœlestis regni præmium, aut

Nullus suare ac forte quiescit.

Voluptas non sistit, donec homo impellat in profundum.

Jerem. 31. Symmach.

Isai. 57.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

D. Chryso. D. Gregor.

in fine mundi, aut in fine vitæ. Sed in eis nullus relinquitur obmurmurationis locus, ne minimus quidem; nemo enim ex jam justificatis, ac sanctis poterit obmurmurare contra Deum, sed suâ altâ dispositione maximè erit contentus, ac ei acquiescet. Quænam ergo est hæc interpeffiva murmuratio? Subdit Lyranus: ad quod responderet B. Gregorius, quod ista murmuratio non est aliud, quam dilatio præmii, quam sustinuerunt Patres sancti in Lybno usque, ad passionem Christi: nimirum primi operarii putantur antiqui Patres, qui in lege naturali, aut scripta olim vixerunt, quibus usque ad Christi passionem beatorum præmium dilatum est: Novissimi autem operarii, Evangelicæ legi deputantur, qui statim post mortem cœlesti beatitudine donantur, & antiquis Patribus in Lybno de tentis, ante adventum Christi, ac antequam transferrentur in gloriam quænam pia querela, ac symbolica obmurmuratio quoad speciem videtur quodammodo adumbrari præ longâ illâ expectatione, eximiaque anxietate, ac vehementi desiderio fruendi Christi præsentia, optatamque beatitudinem possidendi, ac si clamarent ad Dominum: cur nobis, qui portavimus pondus, & æstus tantorum annorum, tanto interposito tempore hoc ingens bonum differtur, ac tantam dilationem sustinemus? Ista murmuratio non est aliud, quam dilatio præmii, quam sustinuerunt Patres sancti in Lybno usque ad passionem Christi. Quæ moraliter, & non ad litteram sunt dicta.

Lyran.

Diuturna spes personarum murmuratiois exprimitur.

5. Proverb. Hebr.

Psal. 118. Hebr. Spes dilatio maxima premit, ac confundit animum.

Jud. 5. Hebr.

6. Textus.

Difficultas quæstionis.

QUÆSTIO II.

Quare primis operariis obmurmuranti-bus, cum tanta molestia responderet Dominus?

Cum primi æqualem mercedem accepissent ac illi, qui novissima hora venerunt, murmurabant adversus patremfamilias, quibus ipse dixit: Amice non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem huic novissimo dare sic tibi: an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? &c. Quod latè est explicatum ci-

tato cap. 34. multa poterat Dominus dicere obmurmurantibus; qui undecima horâ venerunt? majori gratiâ, & fervore laborarunt, quàm vos? & plus unâ horâ fecerunt, quàm vos totâ integrâ die; & ideo plus promeriti sunt. Nihil eorum dixit, sed ait: volo huic dare, sicut & tibi. Et rursus: An non licet mihi, quod volo facere?

Respondeo, quòd dupliciter hîc Christus D. utitur verbo imperiâli Volo: docens nos, quod de voluntate divina, quæ semper altissima ratione operatur, non debemus disceptare, nec inquirere, cur hoc, & illud faciat? sed tenemur nos maximè illi subicere, eique nos maximè conformare. Ait Isaias 62. n. 2. Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit; & erit corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui: & quodnam est hoc inclytum nomen, quod Deus tam magnifice spondet, & quod coronam gloriæ, & diademata regni secum adducit? Explicat Propheta: Vocaberis voluntas mea in ea. Hoc tam sublime, & novum nomen est, ut ita subditus, ac subjectus sis meæ voluntati, ut inde nomen habeas, quo dicaris, ac sis mea voluntas in te. Hugo ait: Vocaberis voluntas mea, quasi dicat: ex me nomen habebis, voluntatem enim meam facies, & propter hoc dicitur de te: hac est, quæ voluntatem Dei facit. Carthusian. ad stipulatur, ibi: Sed vocaberis voluntas mea in ea, id est, mihi obediens eris, & per opera bona accepta, seu meæ voluntati conformia, in terra peregrinationis tue. Vide supra Matth. 8. quæst. 1. num. 1.

Maxime evabitur homo, dum conformatur voluntate divina. Isai. 62.

Hugo.

Carthus.

8.

Secundò ait Dominus: Tolle, quod tuum est, & vade. Cur tamen, Domine, tam leniter, ac suaviter te habes cum murmuratore de tua eximia benignitate, ac justitia, quòd tantum ei dicis: Vade, nam cum aliquando vidisses hominem ingressum in nuptiale convivium, veste fordidâ, rigido verbo præcepit Dominus: Mitti te cum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Cur ergo hunc calumniatorem ad similem pœnam non præcipis abire? cur tantum contentus es, ut dicas ei, vade? nulla sane gravior pœna ei poterat infligi, quàm à Deo abire, ac discedere: Recessus enim à Deo omnia mala, ac damna secum involvit. D. Ephrem orat. de variis tormentis inferni, sic ait: Andiu sane grave, quod dicit: Vade, eo scilicet, quo abiuri sunt illi, qui audient: Ire à me maledicti.

Matth. 22.

Miseræ pena infligitur miseris, ut à Christo discedat. D. Ephrem

9.

Joan. 20.

Blesen.

In suis non noli flere? Cur prohibita est à fletu, si prohibenda erat à contactu? Ac si hæc duo sint valde incompatibilia, à dilecto Jesu separari, & non intime ei accedere, & à lacrymis cohiberi, cum nulla sit major ratio flendi, quàm cum dilecto intimè non adesse.

10.

Joan. 1.

De Filio Dei ait Joannes Apostolus cap. 1. num. 11. In propria venit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Dux hominum conditiones